

QVÆSTIO XIII.

Quare mulier non querit drachmam inter suos thesauros, sed verrit domum?

90.

RESPONDEO primò, quod parabola desumitur ex re nota, & vsitata. Nihil autem frequentius est, quam vt mulier, quæ habebat decem numos, seu drachmas, si vnam perdidisset, lucernam accenderet, domum euerteret, inuentaque drachma cum vicinis congaudet, & exultat.

91.

Secundò. Perdidit mulier drachmam, diligenter quatit, non tamen inter thesauros suos, atcas, ac scrinia, sed inter quisquilias, ac vilia. Enerrit domum. Et ibi eam reperit. D. Hieron. Drachma periit, ait, sed in stercore inuenitur. Gloriae Margarita, diuina scilicet gratia, animæ salus, ius celestis beatitudinis, quæ in magno pretio habenda erat, tã vili æstimatur, vt inter rudera, ac quisquilias abiiciatur, & deperditur, mundialia verò sic pretiosa reputantur, vt in æratio, ac scrinio aureo recondantur; sic mundi bona in tam magno pretio; caelestia verò in tam vili iudicantur. Aliter D. Paulus verus iudex res mundiales, ac caelestes appendebat. Ad Philipp. 3. num. 8. Verum tamen, ait, existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Domini mei; propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercorea, vt Christum lucrificam. Græcus. Stercora, legit, Paleas, seu aristas.

Hieron.

Cælestia bona parui æstimantur.

Philipp. 3.

92.

Origenes.

Tertiò. Origenes homil. 13. in Genes. Mulier ait, quæ perdidit drachmam, non illam inuenit extrinsecus, sed in domo sua, postea quam accendit lucernam, & mundauit domum sordibus, & immundiciis, quas longi temporis ignauia, & hebetudo congesterat, ibi inuenit drachmam: hæc enim videri non poterat, donec domus tota sordida erat immundiciis, & rudibus plena. Non inter gazas, ac arcas quatit mulier drachmam, sed verrit, ac abstergit domum à minutissimo quoque puluere, vt eam inueniat; perdidit homo numum, in quo erat descripta effigies supremi regis, vt eam perfectissimè, ac valde consummatè inueniat, ac obtineat, non solum mundet domum suam, animam suam à magno squalore peccati, sed etiam à quolibet illius exiguo puluere, ac vestigio, vt omnium virtutum ornamento induatur ex alto. Imago in nummo impressa exiguis etiam sordibus obruitur, nec appareat, hæc in te videri non poterat, donec domus tua sordida erat, immundiciis, & rudibus plena. Amouendus est ergo quilibet leuis etiam puluis, vt vniersus illius decor irradiet.

Mundanda à quolibet minuto puluere anima.

93.

Cum lauaret Christus Dominus pedes discipulorum suorum, cumque vellet Petro exhibere illud ministerium, piè recusar ipse pium Magistri obsequium, cui ait Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: & vos mundi estis. Ioan. 13. n. 10. Videtur quod in his verbis quedam contradictio inuoluatur. Si Apostoli mundi, & puri erant, quomodo indigebant, vt eorum pedes lauarentur. Qui totus est, non indiget nisi vt pedes lauet, & est mundus totus. Si autem pedes squalent, vt necessarium sit quod lauarentur, non est mundus totus. Apostoli (non loquor de Iuda) tanquam homines egressi de mundo puri, ac mundi erant viam virtutis sequentes, at vt celsitudinem Apostolicam, illiusque consumma-

Ioan. 13.

Ad consummatam perfectionem munditia abluenda.

tam perfectionem tenerent tanquam Christi comites ei adherentes, necesse erat altius mundari, vt eorumque pedes lauarentur, scilicet animi affectus, qui ex terrenarum rerum contagione maculantur, leuisque sordes contrahunt, hic ergo minutissimus puluis erat abluendus, vt animus vndique expurgatus, in perfectionis apice confisteret. D. Bernard. serm. in cœna Domini. Qui lotus est, ait, non indiget nisi vt pedes lauet; lotus est, qui grauius peccata non habet, cuius caput, id est intentio, & manus, id est operatio, & conuersatio munda est, sed pedes qui sunt anima affectiones, dum in hoc puluere gradimur, ex toto mundi esse non possunt, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati plusquam oportet, cedat animus, vel adhorant: in multis enim offendimus omnes.

Bernard.

Ait Regius Vates. Psalm. 50. num. 3. Secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam; amplius laua me ab iniquitate mea. Postulat deleri iniquitatem suam; ad quid vterius rogar, Amplius laua me. Seu vt ex Hebræo legitur, Multiplica lauare me. Et D. Augustin. D. Fulgent. & Pfalterium vetus. Magis, magisque laua me. Nunquid iustificatio à mortalibus fit dimidiatè; nullo modo, vt vera doctrina fateatur, ad quid ergo cum exoret, vt iniquitas eius deleatur statim subdit, multiplica, seu magis, ac magis munda me. Vehementi contritionis affectu optabat Dauid, vt non solum in ipso omnis criminum iniquitas expungeretur: dele iniquitatem meam. Sed etiam, vt omnes eorum faces, ac vestigia extinguerentur: Amplius laua me. Ne saltem ab eorum memoria, ac vestigiis iustitia infumaretur, sed vt cum ab illis mundatus sit, eius virtus suum magnificum robur, ac decorem acquirat; sicut si expungantur veteres characteres, quedam scripturæ vestigia abradenda sunt, vt membrana suum antiquum nitorem obtineat. Vibanus Pontifex Quartus in Commentar. ad prædictum Psalm. Domine, ait, qui non despicis gemitus contritorum; tu nosti, quod sicut super deletas litteras remanet turpido, per quam perpendi adhuc possent, ipsarum deletarum vestigia; ita & deleta à te iniquitas in anima mea quandam deformitatem reliquit; ideo peto humiliter, amplius laua me ab iniquitate mea, & ita perfectè laua, vt in me peccati vestigium non relinquis.

94. Psalm. 50.

August. Fulgent.

Non solum peccata, sed etiam illorum vestigia abluenda.

Viban.

QVÆSTIO XIV.

Quare mulier nocturno tempore accensa lucerna drachmam querit?

MULIER nocturno tempore perdidit drachmam, vt patet ex eo, quod lucernam accendit, & notat D. Chrysolog. serm. de hac parabola. 169. Putas ne, ait, mulier ista communit est, aut habuisse eam decem drachmas humano putatur excessu, aut vnâ casu creditur perdidisse mundano, aut simpliciter contigit, quod eam nocturno requirit in tempore, aut lucernam de nostri vsus more succendit. Quare mulier tantisper non moratur, donec illucescat dies, nam solares radij deperditam drachmam indicabunt, nam clarior lux ingenium inueniendi est, & occulta pandit, ac prodit.

95.

Chrysolog. Difficilis quaestio.

Respondeo primò ad quaestionem, & persisto in

Chrysol.

Cruis lux totum mundum illuminans.

97. Chrysolog.

Plus assequitur veritatem simplicitate, quam sagacitas.

98. Chrysol.

Confessione mundanda est conscientia.

99. Psalm. 100. August.

Exod. 12.

Per confessionem excindenda peccata.

100.

in communi sententia, quæ hanc meliorem interpretatur Dei sapientiam, seu Christum Dominum; Drachmam verò, deperditam genus humanum, vt dixi in expositione, sed quam est lucerna ista, quæ accenditur, vt totam domum, ac mundum illuminet? Sacratissima crux eius extitit. D. Chrysol. in cæmeteriis appellationem, & crucem tom. 6. Quemadmodum, ait, si quis lucernam in dono quapiam tenebris obsita accendat, & in altum statuatur, tenebras de repente fugat: sic tenebris per vniersum orbem sparsis Christus, tanquam lampadem quandam, crucem accendit, & in altum erexit, omnemq; caliginem totius terra dissipauit. Tota mundi machina tenebrarum caligine erat occupata, erecta est crux, tenebræ fugerunt, & lucidior sole veritas apparuit, & drachma inuenta est, & in viam salutis directa. Vide supra c. 6. q. 2. n. 12. 13. 14.

Secundò respondet D. Chrysolog. citato serm. 169. Christus, ait, est plenum Deitatis numisma, Christus & Drachma nostra redemptionis, & pretij, Christus est, qui erat in legis decalogo, & laebat. Perdidit mulier drachmam, & non expectat fulgorem lucis radios, nec conuocat viros industrios, & sagaces, sed ipsa quamuis simplex femina, vna accensa candela, eam diligenter quatit, ac inuenit. Cum vigent multæ ignorantia tenebræ, plus valent sæpe vna simplex femina accensa fidei lucerna, vt Christum Dominum eiusque veritatem, ac doctrinam quatit, & inueniat, quam multorum superba sapientia, nam hi cum de suo ingenij fulgore multum præsumunt, à veritate aberrant, quam vera fides animo sincero, & puro clare indicat.

Tertiò ad eadem Chrysolog. verba. Christus est plenum Deitatis numisma, &c. Mulier perdidit nummum, non præstatur diurnum lucem, sed accensa candela verrit domum, & quatit. Perdidit anima salutis drachmam, gratiam, ac Christum tantisper non immoretur, nec differat in aliud tempus, & horam, sed quamprimum aduertit à se salutis bonum dilapsam; & si nox sit, ac profunda delictorum se obiciat densitas, non procrastinandum est, sed accensa fidei deuotione præmissa confessione, verrat, ac mundet conscientia suæ domum, vt salutis drachmam inueniat.

In matutino interficiebam omnes peccatores terra, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Psalm. 100. num. 8. Merito dubitat ibi D. August. Quare eis parit usque ad matutinum? Quia nox erat. Nunquid sub tenebris, ac caligine occidi non poterant deprauatæ gentes? Angelus ille, qui Ægyptiorum primogenitis mortem intulit, in medio noctis percussit. Exod. 12. num. 29. Cur ergo Dauid eos per noctem permittit; rectè ait August. Quia nox erat. Quandiu enim tenebræ, eum occupabant, sinebat iniquos, ac eorum scelera in se viuere, ac degere; at verò cum candela accensa est, & matutina lux gratia in corde refulgit, statim omnes iniquitates in se interfecit, ac peremit, easque dispersit, seu vt legit Apollinarius. Excindit à ciuitate Dei; à conscientia nempe sua, ac anima sua, per dolorem, & confessionem. Cardinalis Hugo. Vt disperderem de ciuitate Domini, ait, scilicet de anima, & conscientia mea, omnes malos mores, qui pariunt iniquitatem. Anima iusti ciuitas est Domini.

Cum deprauatū esset cor Salomonis præ amo-

re mulierum. Dixit ei Deus per Prophetam aliquem fortasse Ahiam Silonitem, vt vult Abulensis. Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandavi tibi disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. 3. Reg. 11. num. 11. Cur ex suo peccato in tantam Dei indignationem incidit Salomon? Nonne etiam cor Dauid patris eius præ amore mulieris Bethsabee seductum est? Et insuper homicidium addidit, & tamen multam misericordiam, ac pietatem apud Dominum inuenit, & à comminatione perditionis sui regni liber euasit. Cur tamen denunciatur Salomoni: disrumpens scindam regnum tuum. Nota. Perditio regni Salomonis ex eo nata est. Quia habuisti hoc apud te: retinuit peccatum apud se, & per confessionem minime illud excussit; vt fecit Dauid pater eius, qui dixit: Peccavi Domino. 2. Reg. 12. num. 13. Iniquitas cum per confessionem proditur, recedit; si verò taceatur fixa, & immobilis perferat. Rupertus lib. 5. in lib. Reg. cap. 1. Quia habuisti hoc apud te. Cui sic dicitur palam est, quod peccatum suum necdum confiteatur. Nam apud se habet, qui quod fecit, non displicet. Idcirco disrumpens ait: scindam regnum tuum, subauditur, quod pene contigit patri tuo, nisi quia iniquitatem suam annuntiauit.

3. Reg. 11.

Peccatum confessum recedit, tacitum permanet. 2. Reg. 12.

Rupertus.

Constitetur Iſaias sua scelera cap. 6. num. 5. dicens de se. Va mihi, quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum. Statim subiungit. Et volauit ad me vnus de Seraphim, &c. Et tetigit os meum, & dixit, &c. Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Ibidem. Cur Deus suum Prophetam, quem valde intimè diligebat, permittit esse in suo coinquinamento, cur non antea mundat, ac purificat, sed tantummodò; modò confessus est suam iniquitatem. Vir pollutus labijs ego sum. Ideo modo, & non antea purificatus est. Ibi D. Chrysolom. Tecum, ait, reputa quantum lucri resiliat ex confessione: se ipsum accusauit, & confessum ex purgatus est.

101.

Iſai. 6.

Peccatum cum confiteatur, expurgatur.

Chrysol.

Luc. 15. n. 9. Et cum inuenerit, conuocat amicas, & vicinas, dicens: congratulamini mihi, quia inueni drachmā, quam perdideram? Num. 10. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente.

VERSIO NES.

Arabic n. 9. Vocat dilectas suas, dicens, congratulamini mihi ob inuentionem meam drachmæ meæ perditæ.

Syriacus. Latramini mecum, quippe; quæ inuenerim drachmam meam, quæ perditæ fuerat.

Vatablum n. 10. Tale gaudium erit. D. Greg. Niss. Siquidem gaudium fit Angelis Dei super his, qui ex peccato resipiscences salui fiunt.

Euthymius. Super vno peccatore respiscente. Syriacus. Super vno peccatore penitente.

EXPOSITIO VI.

102.



Cum inuenerit. De inuenta drachma magis mulier gaudet, quam de reliquis nouem feruatis. Conuocat amicos, & vicinas. Non se temperat pra gaudio, sed praedictis communicat rem. Conuocat amicos, & vicinas. Sicut & pastor amicos, & vicinos, non vero e contra. Viti mulierum consortium euitent, sicut & mulieres virorum consuetudinem abhorrescant. Congratulamini. Seu vt legit Caietan. Congaudete mecum. Nobilis matrona cum perdidit drachmam meroore confecta planctum edidit, & tunc non legitur socias inuitasse ad festum, vt modo ad gaudium ex ipsa comparata; quod per belle notauit Chrysol. ferm. 169. Inuenit, ait, intra domum, amicos ad letitiam conuocat, & vicinas; quas perdens conuocasse non legitur ad merorem. Tristitia, & infausta in se reflectit mulier, prospera, & iucunda suis domesticis communicat, & eas a luctu excusauit, ad collatandum inuitauit.

Caietan.

Chrysol.

Matrona dura sibi, letia sua, exhibet.

103.

Gaudens Angeli. Bonauent.

Ita dico vobis. Concluditur parabola, & denotatur, quod inuento humano genere Christus, & Angelus laetantur in caelo; Christus vt pater gaudet de salute filiorum Gaudens & Angeli, vt ait D. Bonau. de penitentia hominis peccatoris, quia destruitur culpa, restituitur iustitia, confutatur demonum superbia, efficacis efficiunt Angelorum custodia, reparatur Ecclesia, placatur ira diuina, & restituitur Ierusalem superna



CAPVT XXVII.

Filius Prodigus.

Luc. 15. n. 11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios.

Num. 12. Dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantiae, quae me contingit. Et diuisit illis substantiam suam.

VERSIONES.

Syriacus n. 11. Et dicebat ei rursus Ies- chua: vir quidam.

Syriacus n. 12. Et dixit ei filius minor natu: Pater mi da mihi partem, quae mihi contingit ex domo tua, diuisit itaque eis possessionem suam.

Arabicus. Dixit minor ex illis patri suo: da mihi portionem

de facultatibus tuis mea.

D. August. Da mihi partem patrimonij, quae me contingit.

Euthymius. Substantiae, quae mihi obuenit

Vatablus. Quae mihi cedit, & diuisit illis facultates,

Arias. Et diuisit illis vitam.

EXPOSITIO I.



CONCLUSIO in duabus parabolis antecedentibus fuerat, maius gaudium esse in caelo super vno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta nouem iustis. Hoc confirmat hac tertia parabola de patre perditum filium multa exultatione recipiente, in quo tota res multis, ac pluribus significatur. Homo quidam. Diues, & potens, habuit duos filios. Quorum ingenia in parabola explicantur.

1.

Conuexio est antecedentibus.

2.

Cupiditas diuitiarum impatiens.

Quilibet suis contentus sit.

Lites fugienda.

QUESTIO I.

Explicatur quid Pater, ac filius, & substantia, significant in parabola?

TRES personae introducuntur in parabola. Pater, filius iunior, & senior, deinde substantia, seu facultas data, quae pro maiori claritate singillatim sunt explicanda.

3.

4.

Ambros.

Chrysol.

Primò. Pater est Deus, qui omnes creauit, aut etiam, vt ait D. Ambros. est Christus Dominus verus Deus, qui omnes suo sanguine redemit, & regenerauit, & quotidie in baptismo regenerat. Maxime ponderandum, quod ex mysterio Incarnationis rectè Deus sub typo patris habentis duos filios significatur, vt ait D. Chrysol. ferm. 5. Postquam Christum nostrae carnis suscepit omni,

vnus, & Deus induit exuias humanas; veraciter se Deum hominem vocat: Dominus patrem vere se duorum nuncupat filiorum: nota adiuncta verba. Quia humanitati permixta Deitas, Deitati consociata pietas misceat hominem, & Deum: quae Dominum vnium in patrem. Olim dicebatur Deus, omnipotens, ac Dominus exercituum, quae potentiam, & maiestatem, & etiam rigorem, ac seueritatem ostentabat: ex Incarnatione autem; Humanitati permixta Deitas, & Deitati consociata pietas, quae Dominum vnium in patrem. Quia Deus factus est homo. Sic Deitati consociata pietas. Vt iam signa antiqui rigoris depofuerit, ac mansuetudinis, & pietatis ingenium induerit, clementiamque patris assumperit. Deitati consociata pietas, quae Dominum vnium in patrem

Dei pietas post Incarnationem.

Chrysol. Bostrenf.

Hieron. August. Bernard. Beda. Bonau. Carthus. Haymon.

6.

Hieron. Bostrenf. Theophyl.

7.

Hieron. Theophyl. Euthym.

Ambros.

8.

Quid substantia.

Quantum ad filios. Auctor homil. de duobus filiis; quae D. Chrylostomo tribuitur, & Titus Bostrensis testantur nonnullos existimasse, filio seniore Angelos significari, iunior homines. Quae expositio probabilitate caret. Secundò Diuus Hier. Epistola de hac ipsa parabola ad Damascum. D. August. lib. 2. quae. Euangel. cap. 33. D. Bernard. in ferm. de diuersis affectionibus animae. Beda, D. Bonau. Haymon, & alij antiqui Iudaeos, qui vsque ad Christi aduentum semper Deo, eiusque cultui, ac fidei adhererunt, primique in eius religione fuerunt, & ideo per seniore adumbrantur. Iunior verò adsignificat gentiles, qui à Deo, quem tempore Adae, & Noë coluerunt, recesserunt, & ad idola, ac vitia carnis conuersi sunt. Et Iudaeis bene adaptatur murmur de gentilibus, ad fidem, & gratiam per Christum adductis.

Tertiò, & aptissime ad scopum parabolae, ac intentionis Christi, vt interpretantur D. Hieron. citat. Epistol. ad Damascum, Titus Bostrensis, Euthym. Theophylactus, & alij docent, quod duo filij significant iustos, & peccatores, siue illi Iudaei sint, siue gentiles, nam peccatores, cum quibus Christus conuersabatur in Iudaea, murmurantibus Phariseis, maiori ex parte erant Iudaei, & non gentiles. Senior ergo filius notat iustos, tam eos scilicet, qui verè erant iusti, ac veluti primi in vinea Domini laborantes, quam eos, qui se iustos aestimabant, quales existebat Scribe, & Pharisei; iunior verò filius denotat peccatores notos, & manifestos, quales erant publicani, & meretrices, cum quibus Christus degebat, & comederat, vt eos lucrifaceret.

Quantum ad substantiam. D. Hieron. Theophylact. Euthym. per substantiam liberum arbitrium interpretantur, quia homines, vt ait Euthym. Deus suo libero arbitrio relinquit. Deus hominem relinquit in manu consilij sui. Ecclesiasticus cap. 15. num. 14. & sic D. Hieron. citata Epistola ad Damascum interpretatur. Diuisit illis substantiam, idest dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriae libertatem. Alij per substantiam intelligunt virtutes, mores probos, ac dona naturae, cui sententiae fauet. D. Ambros. ac illa verba: dissipauit substantiam suam. Ille, ait, viuendo luxuriose consumpsit omnia naturae ornamenta.

Tertiò, ac plenissime. Per substantiam interpretantur omnia homini concessa à Deo tam corporis, quam animae; siue naturae, vel gratiae, siue naturalia, vel supernaturalia; haec enim sibi dari, suaeque potestati, ac libertati committi potestati filius adolescentior, nolens iam amplius à parente suo dirigi, ac gubernari, sed sui iuris esse, à se, ac à suo dictamine regi, Deique donis

vti, vel abuti, vt ei placitum fuerit, & haec dona proprie per peccatum à delinquente prodiguntur, cum liberum arbitrium perdi nequeat. D. August. lib. 2. quae. Euangel. quae. 33. ait, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, omnia ista diuina sunt munera, quae in potestatem accipit homo per liberum arbitrium. Et D. Hieron. citat. Substantia Dei est, ait, omne quod viuimus, sapimus, cogitamus, in verba prorumpimus: haec Deus aequaliter vniversis, & in commune largitus est, &c. Ita communiter Recentiores Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius, & alij.

August.

Hieron.

Barrad. Bostrenf. Luc. Burgenf. Cornelius.

9.

Spiritualia bona solida, terrena verò accidens & nihil Chrysol.

Ex quibus multi per substantiam intelligunt gratiam, ac animi bona, & cum dicitur: Dissipauit substantiam suam. Idest celestia dona perdidit, ac prodegit, haec enim tantum sunt firma, ac solida bona, quae substantia dicuntur; mundalia verò sunt merum quoddam accidens, ac imagines rerum. D. Chrylostom. concion. 4. de Lazar. Quemadmodum, ait, conspicientes in pariete pictum diuitem, non illi inuademus, eo quod quae videmus, rerum umbra est; non veritas, sic & diuitiarum gloriam, aliarumque rerum omnium naturam, si pernoauerimus. Liberabimur à perturbatione, haec enim omnino umbra quamuis fallaciora, nec quidquam habent sublime, aut praclarum.

Ait Habacuc. 1. num. 14. Et facies homines quasi pisces. Cur homines supra terram degentes comparat piscibus in profundo pelagi versantibus? In quonam est huiusmodi combinatio inter homines, & pisces; etsi pro huiusmodi revariae sint rationes, & allegoriae. Pro praesenti instituto notandum est; quod in aquis tanquam in speculis videntur astra representari, adeo vt mare videatur secum habere solem, lunam, & stellas, quas aspicientes pisces earum puchtitudine delectati, ad illas magna auaritate currunt, cumque ad illas deueniunt nil substantiae reperiunt, sed solum vnum accidens cuiusdam representationis, ac imaginis, quo alioia ignorantes gaudent, & exultant, vt oprime cecinit D. Gregor. Nazianz. carmine ad Virgin.

10.

Habacuc. 1.

Nazianz.

Cum sol in meridie, Phaebe, & sidera limphis piscibus irradiant, quoniam non illas, sed umbras Vanas prospiciunt, veri simulachra remoti, Latanturque umbris, & imagine lucis inani

Rectè ergo Propheta ait: facies homines sicut pisces: hominesque piscibus comparantur, quia in mundi huius pelago velut pisces natantes, cum vident res aspectu delectabiles ad illas magno impetu currunt, ad quas deuenientes nil solidum habent, sed solum simulachra quaedam inania, & vacua, quibus inescantur, vt iucunditate perfundantur, cum in illis sit tantum figura quaedam, vt ait D. Paulus 1. Corinth. 7. num. 31. Præteris figura huius mundi. D. Chrysol. ad Eutropium. Imagines sunt, ait, & inania simulachra, quaecumque ad gloriam faciunt humanam.

Mundi bona solum quaedam accidens

1. Corinth. 7. Chrysol.

Ait Ioanes in Apocal. cap. 11. num. 1. Datus est mihi calamus similis virga, & dictum est mihi surge, & metire templum Dei, & altare, atrium autem quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud. Cur calamo, seu cubito suo atrium non mensurabit cum altate, templum, imo & adorantes in eo iustus est metiri? Nonne, qui templi architectus fuit, & atrij? Cur ergo hoc immensuratum manebit? Deinde quid sibi vult illa locutio. Atrium quod foris est templum, eiice foras. Si foris erat, quomodo foras eiiciendum Alcazar ex Graeco pro eiice foras, legit, contemne, pro nibilo ductio.

Alcazar.

Idem